Hic incipiunt revelaciones Guidonis post eius mortem facte sub annis domini millesimo quo ccc° xxiiij°.

Dicit beatus augustinus in libro de fide ad petrum
miraculum est quicquid arduum vel insolitum supra facultatem
hominis admirantis apparet ad fidei roborationem. Quia quecumque
scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt ut per patientiam
et consolationem scripturarum spem habeamus. Hinc est quod prudens omnium
secretorum agnitor Jhesus christus noster salvator volens fidem
de vite future beatitudinis mentes christianorum firmius roborare
Anno sue incarnacionis a° m° ccc° xxiiij ad maiorem certitudinem
omnium de vita futura ob medicam sua ineffabili dispositione eventus
mirabile dignatus fuit ostendere in civitate Alesti
que distat a curia apostolica que iam Avinione moratur
per xxx miliaria sexto kalendas decembris. Homo quidam
civis eiusdem civitatis alesti nomine guido cuius spiritus
reddito corpore humane sepulture sine aliqua forma visibili
apparuit uxori eius graviter affligens per aliquos
dies post sepulturam suam. Tertia vero die post nativitatem
salvatoris nostri dei ut puta in die sancti Johannis
evangeliste vidua illa perrexit ad domum fratrum predicatorum
in ea civitate commorantium petens priorem domus fratrum cum
eo in vita prius assueverat cepit mulier illa narrare per ordinem
que sibi acciderant per spiritum sui mariti qui nuper fuit mortuus.
Et quia nesciunt an fuit ludificatio demonum asserunt

se venisse illuc ad petendum consilium quod super hoc sibi melius
foret. Non enim potuit tale miraculum diutius celare. Et
adiunxit in fine verborum suorum quod sine dubio spiritus
ille fuit in illo loco in quo maritus suus moriebatur.
Quo audito dixit prior quasi confortans viduam ait.
Remirenis de illo casu. Quia mirabilis est deus in
operibus suis. Aliquod novum ad corroborandam fidem
nostram vult in hoc casu fidelibus suis ostendere. Eya
bis bona mulier exspecta hic paulisper et petam consilium
fratrum sapientum quia in rebus dubiosis melius est consilium
plurium sapientum quam unius. Pulsavit igitur campanam
capituli fratres in unum congregavit et eis casum mirabilem
insinuavit. Quo audito hoc consilium dederunt ut prior
cum magistro Theologie domino et venatore [illegible] qui fue-
runt sapientiores aliis adiret maiorem illius ville pe-
tentes ut assignaret aliquos fide dignos qui secum
[illegible] possent ad domum. Maior ville assignavit duce-
tos viros bene armatos ut secum irent et viderent si non
esset [illegible] et aliorum salutem. Prior ille confidentius
hortabatur omnes iuxta secum et se confiterentur quod [illegible]
fecit et postea missam de Requiem et [illegible] pro animabus
omnium fidelium celebravit. Et qui volebant per [illegible]
tot temptavit ne ludificatio demonum eos lederet. Et quia
dominus prior dubitavit an vox audita esset ludificatio
demonum aut fictio aut quod melius foret [illegible]

adversus huiusmodi vel illusionem dyabolicam sumpsit secum
corpus Christi et portavit in pixide quam clanculo an-
te pectus suum subtus scapulare suum pendentem et ad ordi-
nem quantum potuit detulit et hoc fecit ita secrete quod nullus
inde sciuit nisi tantum ipse. Et ad maiorem securitatem et cauta-
cionem suam fecit diligenter scrutari totum hospicium et do-
mus adiacentes et alia hospicia convicina tam supra tegu-
las quam infra ne quis posset ibi latere et in singulis locis
dicti hospicii disposuit custodes viros et certos. Ex quibus
quosdam fecit stare in hospicio quosdam in fenestris
quosdam infra hospicium et quosdam circumcirca. Sic dispositis
prior cepit aspergere aquam benedictam in omnibus locis
hospicii et postmodum quesivit a vidua in quo loco
vocem plus audiebat. Que dixit circa lectum ubi vir suus
obiit. Et ibi erat quoddam scabellum super quo prior et socii
sui sedebant et dicebant pro mortuo placebo et
dirige cum novem lectionibus usque ad laudes et loco laudum
dicebant septem psalmos penitenciales cum letania. Et
postmodum circa mediam noctem audierunt quendam sonum
ac si esset de scopa mundante domum que deducitur per solum
nichil tamen visibile apparuit ibidem. Et vidua ipsa cum
ibidem astaret cepit mirabiliter terreri et clamavit. Tunc
prior et alii audientes illum sonum aliqualiter
perterriti tacuerunt. Tunc quidam petrus de burgundia

informavit mulierem ad interrogandum huiusmodi quod hoc
esset hoc modo In nomine ihesu cristi crucifixi quis es tu
Et statim quedam vox tenuis et infirma quasi in medio
camere respondebat Ego sum Et illa tunc per infor-
macionem prioris dixit Adiuro te per benedictum nomen
ihesu cristi In cuius custodia pono animam meam et corpus
meum ut in aliquo michi non ledas et dicas si tu es spiritus
Guidonis quondam mariti mei an alius spiritus Respondit
spiritus Ne dubites non possum tibi nocere Ego enim sum
spiritus quondam mariti tui Tunc prior cum omnibus fratribus suis omni
timore postposito adiunxerunt se huic voci quantum potuerunt
Ad quamquidem vocem omnes concurrerunt et omnibus astantibus prior
adiuravit illum spiritum hoc modo Adiuro te creatura dei
per patrem et filium et spiritum sanctum per virtutem incarnacionis
passionis resurrectionis ihesu cristi et per omnes ordines celorum
si tibi possibile sit loqui ut loquaris nobis et non recedas
ab hoc loco quousque vocaveris et sine omni fallacia respon-
deas et indicaveris omnia ea que a te petere voluerimus
Et tunc illa vox alcius loquebatur quam prius fecerat dicens
Si prior interrogaverit me firmiter quod vis et ego tibi
respondebo Tunc imposito omnibus silencio prior proposuit
illi voci hanc questionem Adiuro te per filium dei incarnatum
ut dicas michi quis es tu an bonus spiritus an malus
Respondit illa vox Ego bonus spiritus sum Cui prior
Non credo te bonum spiritum esse nisi in hoc evidenter

comparueris. Respondit illa vox. Ergo probo quod spiritus bonus
sum quia creatura dei ergo sum. Omnis enim creatura dei inquantum
creatura dei bona est. Et vidit cuncta deus que fecerat
et erant valde bona. Sed omnis spiritus est dei creatura ergo
omnis spiritus inquantum est dei creatura bonus est et non malus. Tu
ergo sum spiritus Guidonis nuper mortui bonus spiritus sum
ergo et non malus quantum ad meam naturam. Sed quantum
ad malam penam quam patior malus spiritus modo sum. Cui
prior: hac responsione tu reddis te malum spiritum quod non sic
probo. Omnis pena est bona que iuste alicui infligitur pro peccato
suo quia bonum et iustum est ut peccatum puniatur. Et tu
dicis quod tu sustines modo penam pro peccato tuo ergo illa pe
na bona est nisi quia iuste est tibi adeo inflicta. Falsum ergo
est quod tu dicis quod tu es spiritus malus quia malam penam sustines.
Cui vox illa respondit dicens: Omnis pena est bona inquantum a
iustitia dei procedit sed mala est respectu illius cui infligitur
quia pena nulli infligitur sine merito peccati sui. Et illa
pena quam modo patior est mala simpliciter inquantum michi infligitur
pro peccato meo malo prius perpetrato. Et propter hoc quod malam penam
habeo ergo possum dici malus spiritus quousque per talem penam
purgatus fuero a malo meo quod commisi in vita mea. Cui
prior interrogavit cuius spiritus erat. Respondit: ego sum spiritus
Guidonis et civis nuper defuncti. Cui prior: ergo michi videtur
quod tu es iniustus tibimetipsi et corpori tuo quia propter hoc quod h[ ]

apparens in hoc loco facis uxori tue scandalum apud homines
Supponens quod tu Wydo fuisti perversus homo in vita tua
cuius contrarium. Cuius huius ville estimabant esse verum quod
nulla opinio mala fuit de te dum vixisti. Vox illa inquit
non sum inquinatus in nec aliud nan possit quod tu dares aliam
tunicam tuam et ipse quod amore tuo paratus fuerit sic dare. Vellet
mori prior si necesse fuit nomine dicitur ille spiritus. Tunc
prior primo ille videretur michi spiritus. Tunc vox illa inquit
Ego dum fui in corpore Wydonis nichil aliud recepi nisi
curam mortalitatis sue. Eciam corpus Wydonis iacet
in terra sepultum non sentiens laborem nec dolorem aliquem.
Ego autem spiritus corporis eius hic crucior pro peccatis suis eciam
tantum nunquam complacuerunt michi quia carnalia desideria
militant adversus animam. Nec igitur corpus Wydonis
cum suo spiritu modo cruciatur igne infernali. Cruciatur ego qui
spiritus sic crucior pro peccatis corporis cum tamen nichil male feci
cum spiritus et anima eius sim. Ergo non potest dicere me ipsum
sibi nec valet quod tu dicis prior quod facio scandalum uxori de
mala opinione Wydonis quoniam sic loquor vobis et appareo
Prima scandalum est dictum vel factum in vituperium alterius tendens
ad malum finem. Unde scriptum est ve homini illi per quem scandalum
venit. Si ego spiritus Wydonis non sibi vituperium facio neque
in factis neque in dictis meis quia permissus sum a deo ut
vobis hic loquar et ostendam vobis necessitatem meam
et aliorum commorantium in purgatorio et in hoc honoro

Gwydone quod tota ista civitas huius conveniunt pro Gwydone plures orationes fundendo ad deum ut ipse deus misericordie liberet eum a pena. Sicut tu prior iam fecisti cum fratribus tuis rogasti pro me. Ergo quod ista dicitur mea satis apparet quod nullum beneficium factum impedimento nec corrupit. Gwydonis. Cum prior quereret quomodo aliquis esset malus post mortem suam ex quo in vita fuit confessus et accepit omnia sacramenta. Respondit spiritus dicens quod aliquis mortuus malus est dupliciter vel eternaliter sicut dampnati vel temporaliter ut in purgatorio puniti. Verum quod confessus sum et percepi omnia sacramenta ergo non possum esse eternaliter malus. Sed temporaliter quantum ad malam penam quousque satisfecero de peccatis meis confessis. Nam non sufficit alicui confiteri et percipere omnia sacramenta nisi expectat penitentiam in opere quod per eum debetur de pena in hoc seculo suppleatur in purgatorio. Cum prior interrogaret utrum sciret aliquem esse salvatum vel condempnatum dummodo fuit in tali pena. Cum spiritus hoc non habeo vobis dicere, nam omnis spiritus existens in purgatorio est dispositione bene quod disponitur ad sidera boni et eciam ideo omnis spiritus debet esse verax et non fallax seu mendax. Sed nullus spiritus potuit revelare dicere de dampnacione seu salvacione alicuius nisi fuisset in utroque loco ad videndum qui et quot fuerunt salvati et condempnati. Ego autem sum spiritus Gwydonis hic positus ad purgandum me de malis meis et numquam fui in loco dampnatorum quia non sum dampnatus nec ero. Similiter

non possum ad hec attendere ad aliud quod est locus saluandorum
et ideo non possum tibi dicere veraciter quis et qui sunt saluati aut
dampnati. Dicit prior. Impetu spiritus sui loquebatur modo michi
videtur quod tu es spiritus fallax quia sicut scriptura testatur quod prophete
in veteri lege dixerunt veritatem de incarnacione christi et tamen
christum in carne nunquam viderunt in hac vita. Psalmista david dix-
erit de resurrectione mortuorum tamen resurrectionem non perceperunt
certe a multo forciori tu qui es exutus a corpore et spiritus purus
melius poteris dicere de dampnatis et saluatis quam prophete qui
puri homines fuerunt et de incarnacione prophetauerunt. Respondit
spiritus. Quod prophete predixerunt de incarnacione christi et resurrectione
mortuorum hoc habuerunt solum per reuelacionem dei et bonorum
angelorum qui eis informabant per spiritum sanctum eis infusum ad
fidem declarandam ut per hoc conuerterent populum ad dei
cultum. Ego autem in purgatorio positus sum ad certum tempus
et dum fuero in tali pena deficiet mihi reuelacio angelorum
et infusio spiritus sancti quia alios non video angelos quam illos qui
habent me regere in hac pena et spiritum sanctum non possum
habere in me quousque fuero purgatus. Dicit prior. Ad hec
in verbis tuis probo te fallacem. Quod dicis quod non potes dicere
nobis aliquid de dampnatis et saluatis demones sunt spiritus et quam
tamen predixerunt de futuris contingentibus. Respondit spiritus
quod demones non possunt aliquid loqui de secretis celestibus nisi permissione
per reuelacionem alicuius angeli superioris. Nec anime consortes
in purgatorio sunt nec possunt dicere de huiusmodi misteriis

propria potestate Unde dum fuero in hac pena visionem
angelorum non habeo nec habere potero nec pena dampnatorum
debeo videre quod si sic pena purgatorii stare posset cum
pena inferni quod falsum est Ita pena purgatorii bonam spem
habet gratie et glorie Et pena inferni nullam spem habet gratie
et glorie quia in inferno nulla est redempcio Unde per hec omnia dicta
satis apparet quod non est simile argumentum de prophetis et demonibus
Tunc prior interrogavit eum ubi es tu Cui spiritus hic sum in purga-
torio meo Cui prior ergo sequitur quod hic est purgatorium animarum
Anima qua racione tu es hic purgatus Eadem racione alie anime
sunt hic purgate et iste locus ubi anime purgantur vocatur purgatorium
ergo per consequens sequitur quod hic locus purgatorii est animarum Respondit
spiritus quod duplex est purgatorium commune et particulare Cui prior Nulla
anima potest simul et semel in eadem hora in duobus locis puniri
Respondit spiritus Ego de die in communi purgatorio cum aliis animabus
punior et de nocte in hoc particulari purgatorio Tunc prior
interrogavit eum ubi est commune purgatorium Respondit quod in medio terre
Cui prior Quomodo potest purgatorium locus spiritualis et terra
locus corporalis esse in eodem loco Respondit spiritus Sicut anima est
in toto corpore sic est locus spiritualis unitus loco corporali Cui
prior interrogavit quare fuisti hic punitus Respondit quod hic
commisi quoddam peccatum pro quo non satisfeci in vita mea Tunc

por meditauit q plus cruciat hoies in moriendo Secundo
spus temptacionis demonis qui simul tunc adueniunt et congregant
ad decipiendum hoiem contra fidem et spem memoria per studio
re detur et horribile aspectum qui tunc ostendit hoibus actus
suos malos Cui spor q confortat hoies in morte Secundo
meritum passionis xpi beneficium bte marie virginis et misericordiam
sanctorum omnium Cum porsoluta nobis sunt hoc plus confortat
in morte Secundo libenter et ausculate Si quis moritur
in mortali peccato sine contritione cordis et confessione oris
tunc passio xpi in morte sua tradit a bono suo angelo
ad concludendum hoiem illum ex ministerio dei creatoris sui
et hoc quia noluit dum potuit confiteri de peccatis suis et recipere
sacramenta ecclie que per virtutem passionis ihesu xpi
mundant peccatores a culpa sua et restituunt eos ad
statum gratie et glorie Et huic deus comparuit eum dep
demones dicentes O misere homo contra deum bene nobiscum
ad infernum bene dictis misteres deo reddidat Si vero quis
discedit confessus licet non satisfecerit pro peccatis confessis
tunc accedunt angeli boni confortantes eum cum gaudio gavisus
demonum dicentes eis nullam partem habetis in hoie isto quia
quod meritum passionis est scutum et medium inter eum et vos
Cui spiritus maligni dicunt hec homo fecit et sic per manus suas
et sic per alia membra Et sic et sic per omnes potencias aut
sic peccauit contra aliquid horum in hora hoc Quartum hoc

respondent boni angeli dicentes verum est quod iste modo peccator
sed de omnibus hijs confessus est et ut salus contritus propter quod meritum
passionis christi erit medium inter eum et vos Quandoque enim christi
representat pro homine isto mediator modo inter eum et manus vulnera
Pauli siue christi sunt medium inter eum et vos Ita eciam quod apostoli
non videbit sicut eum ad tenendum membra christi pro eo crucifixa
abluant peccata sua que per corpus suum membra commisit Et
totum corpus christi expansum pro eo erit sibi scutum contra
fallacias Quibus scriptis eum sic et sic peccare Sub-
cia christi quam dedit pro homine isto purgat animam eius ab
omnibus peccatis que ipse fecit ita quod in isto homine non remanet
pena eterna Sed pena purgatorii transitoria Et sic merita
passionis christi iuvat hominem in morte sua beneficium beate
marie eciam iuvat hoc modo Si enim aliquis moritur debite
confessus statim ad eum beata virgo maria alloquens dicens
hoc modo Ego sum mater christi dei regina celi domina mundi
Imperatrix inferni Inquantum mater christi beata sum rogabo filium
meum ut animam saluet per meritum humilitatis sue quam recepit
de matre sua Inquantum sum regina celi beata per filium meum
providebo huic anime locum in celo Inquantum sum domina mundi beata
ad voluntatem filij mei volo quod omnes orationes et elemosine
et omnia beneficia que fiunt in vniuerso mundo ab omnibus
fidelibus suis sint huic anime in remissionem omnium peccatorum

suorum Et inquit Impetravi ego misericordiam dei sui excepit filii mei
vobis misso demonibus ut hanc animam apprehendere non valerent sed
eam dimitterent et hoc ideo affuerunt sancti dei et maxime
illi sancti quos hic colebat dum viveret rogantes pariter et
dicentes domine qui descendisti de celo pro patre salvos facere
per amorem beate matris tue miserere hujus anime fratris nostri
vel sororis mee Et vultus patris anima cum magnam devotionem
per angelum suum bonum ad purgatorium et statim angelus
suus malus et alii angeli mali ab eo recedunt quasi confusi
et confutati dolentes de eius salvatione Et hec non merito
passionis christi et virginis marie beneficium ad intercessionem
sanctorum quos invenit homines in morte sua Tercio interrogatur
cum videtur homo in morte sua possit videre ihesum christum Et
beatam virginem mariam et alios sanctos sub propria forma
corporis Respondit quod non quia esset ita status quod non esset purgandus
in purgatorio Cum potest non videre quod non sit vera
dicta que dixisti quod communisti eum pluribus tua quod omnes sancti isti
assunt homini in morte ad confortandum eum quod minime fieret
nisi eos videret Respondit sponsus quod sancti assunt in morte
homini Et maxime illi sancti quos ille jam superstes colebat
sed tamen moriens non debet eos propter hoc videre sub
forma corporis quia si sic ad non fieret alia beatitudo quam visio
eorum in propria forma eorum sive sequendum quod homo

moriens statim in morte sua foret beatus quod est falsum
Tunc prior interrogavit eum Cum spiritus fuerit sua homini
et alteri fuerunt propter contra fuerunt a corpore Respondit
quod sic Tu ergo scis michi dicere de quo missa celebravi
hodie Respondit prior tu celebrasti hodie missam de spiritu
sancto Cui prior modo video quod tu es spiritus fallax quia non
celebravi hodie missam de spiritu sancto immo missam
de requiem dixi pro animabus omnium fidelium defunctorum
Respondit spiritus O prior bene scio quod missa tua fuit de requie
et tamen non mentior quod dixi quod celebrasti de spiritu sancto in missa
hodie. Nam adquiritur aliquid ab aliquo illud quod propinquius
inest et tenet illud ex actibus perfectum. Nam quod habundancia
cordis os loquitur. Sed inter ceteras missas celebratas
vel celebrandas propinquius adiacet menti mee missa
de spiritu sancto et missa de trinitate et tales misse michi modo
iuvant plus quam alie misse etc. dicat tunc cum fuerim modo quia
dum vixi in hoc seculo totum visum et sensus meos et corpora-
lem potenciam meam sepe expendi in diversis operibus
curiarum totam fortitudinem meam debuissem expendisse
in obsequio divino deo prius exhibendo fortitudinem et
meam. Ita prius est potens et ab eo dirivatur omnis potencia
michi et aliis secundum mensuram devocionis sue. Et sicut

peccaui per fortitudinem et potenciam meam quam deus pater tibi attribuit omnis potencia Item peccaui per sensum meum quam deus filius tibi attribuit omnis sapiencia Ita sapiencia mea michi ab eo tradita comprendi creaturam huius mundi fallacias et vanitates Item peccaui quod spiritum sanctum tibi attribuit omnis gracia et benignitas nam bona natura mea ut pulchritudine eloquencia et effabilitate abusus sum et donaui contra peccata huius mundi carnis et dyaboli de quibus licet confessus fui tamen non toti trinitati non satisfeci in vita mea quod deo saluator meus disposuit ut in vtulit angelus meus quod misse celebrate de trinitate pro me plus quam alie misse debent iuuare Et quia sepius peccaui contra benignitatem spiritus sancti volendo plus iuuisse de dono mundano quam benignitas spiritus sancti voluit in ministerio Ideo modo ad satisfaciendum spiritui sancto propter peccata mea in hac parte plus valuit misse in celebrate de spiritu sancto pro me quam alie misse Et vero tu pro hodie in missa tua iuuisti post principale oracionem de spiritu sancto memoria iuuisti Et ut quod oracio michi plus valuit quam omnes alie oraciones quas dixisti in missa tua Ideo magis inde gaudebam quam de residuo illius misse quod transiuit ad subsidium et remedium omnium animarum in purgatorio Et illa memoria fuit michi specialis sicut residuum fuit tot omnibus aliis animabus ergo non

mentaor qui dixi celebrasti hodie de spiritu sancto. Cui prior
interloquitur: eadem pro quot hominibus seu animabus potest unus sa-
cerdos celebrare. Item quod omnes eque participent de effectu misse.
Respondit senior quod unus sacerdos licet et semel pro omnibus
fidelibus vivis et defunctis possit celebrare et quilibet
eorum habet integram missam. Nam virtus sacramenti corporis
Christi extendit se ad omnes quia sicut Christus qui est deus et
homo semel levatus in cruce se totum obtulit deo patri
pro salute totius generis humani. Sic in missa cuiuslibet
sacerdotis offertur Christus totus in sacramento altaris pro
salute omnium fidelium vivorum. Adeo quod sacerdos celebrare
pro omnibus licet sicut pro duobus et melius. Item hec
differentia inter bonum spirituale et bonum temporale. Bonum enim temporale
quanto plus partitur pluribus tanto minus est in se, verbi gratia si
dividatur unum pomum in plures partes, quanto magis dividatur
illud in plures partes tanto magis diminuitur in se. Econ-
verso bonum spirituale quanto magis partitur tanto magis aug-
mentatur, ut si dicatis plures orationes dominicas ipsa oratio
in se nichil diminuitur sed maior merces eius est. Ita pro-
fectus quia a pluribus dicitur. Sic est de missa sacerdotis cuiuscumque.
Ita effectus misse tanto maior est in se quanto ad plures
homines vivos seu mortuos se extendit. Cui prior: Quod
est quod scriptura dicit quod aliquis animam patris liberavit per missas

oraciones elemosinas speciales in dilectione dei et proximi sui
Et tamen tu dicis quod misse celebrate pro omnibus plus valent
Respondit dico quod quilibet sacerdos missam celebrans duo ~~debet~~ facere
debet Primo debet specialiter dirigere mentem suam ad deum pro illo
vel illa vel illis pro quibus specialiter tenetur Deinde pro
omnibus debet devocionem habere generaliter primo modo misse sunt
speciales et iuvant nos existentes in purgatorio pena
Et isto modo ego Gerardus sum liberatus a pena purgatorii
per quatuor annos citius quam debuissem de termino statuto
per patres meos hoc enim unum cognatum pauperem religiosum
quem sustentavi in scolis Oxonie per quinque annos et ipse
pro me devote orat dum eius oracionibus sum modo adiutus quod non
ero in pena nisi ad pascha et si volueris hoc comprobare bonum
esse venias tunc ad locum istum et si me tunc non audieris
scias me tunc in celo esse quod et ita prior cum aliquibus de
familia pape ita fuisse invenit ut dixerat Item prior
interrogavit Si sciret utrum deus esset in celo in quo fuerunt
omnes sancti Respondit prius dixi tibi quod nondum sum in celo
et ideo nescio tibi aliquid dicere quod quod est mihi revelatum cum dixit
michi angelus meus Esto in hac pena usque ad pascha
et tunc videbis regem glorie sedentem in dyademate suo cum
angelis et sanctis eius Et ego respondi quam in hoc morari
longum est illud tempus et benedixi altissimum qui fecit
misericordiam cum iusticia Item prior interrogavit quod plus poss

iuuat homines in purgatorio Rndet spales misse spali
celebrate p illis in quibus maiorem deuotionem habuerunt
in vita sua Cui pot ad q tunc defuit illud officium de requie
q est spaliter assignatum p mortuis Rndet illud officium
maxime cum nec qui aliqs volunt celebrare p oibz aiabz
Et causa e quare illud officium de requiem p illis fecatis
et laycis qui no credunt alias ee gras p defunctis Item
Item interrogauit quidam dicens q misse spales plus
iuuant in purgatorio quam suffragia exceptis missis
plus iuuat aias Rndet psalterium et psalmi maxime
Septem psalmos preualet cu letania Cui pot hic mo
videtur inquirere [illegible] xpus composuit pr nr et angelus
Aue maria Et duodecim apli credo Septe psalmos
fecerunt dia qui et doctores ecclie quorum nullus poterit
nec ipe attingere sanctitate xpi vel angeli vel sanctitate aliq
apli ergo videtur q eorum ordinac de septe psalmis
no est ita autentica et p consequens no est ita valida
q orationes sicut pr nr et aue maria et credo Rndet
spius q pr nr Aue maria et credo ipa in se sanctate
componentium sunt meliores et validiores oroes dicte
in actual [illegible] excepta missa q e oro principalissima Et
tamen septe psalmos cu letania ppm additionem
ordinationem sui cooperatore devotissime aiabus in purgatorio

Nam sancti patres statuerunt septem psalmos dicendos
in vindictam septem peccatorum mortalium Ita quod contra
superbiam dicatur primus psalmus Domine ne in furore quia deus
angelum luciferum propter superbiam deiecit et in inferno
destituit eum in furore suo et sic de aliis septem
psalmis Item per introgavit cuiusdam ~~baloris~~ balitatis
esset placebo et dirige quod cantabitur Videlicet Et primum
placebo disponit animam quo ad decem preceptorum in completionem
Nouem psalmos in dirige disponunt animam in purgatorio ad
aliquem gradum novem ordinum angelorum Et novem
antiphone ad tribus lectionibus duodecim articulos fidei
que credidit secundum doctrinam eius Et novem lectiones confor-
tant animam quo ad novem status in purgatorio Ita quod
cum ibidem existens aut tenet statum paupertatis aut potestatis
aut senectutis aut iuventutis aut virginitatis aut coniugati
aut viduitatis aut clericorum aut laycorum Nam in quo
gradu et in quo statu quis hic peccaverit eodem statu et
gradu ibidem punitur Quinque psalmi de laudibus mortuorum
confortant hic animas que ad quinque sensus quibus mediantibus
deo non servierunt et dyabolo peccaverunt Et quinque eciam
psalmos de laudibus revocant animam in purgatorio ad
quinque potencias suas quas dedit deus animabus hominum
Nam deus dat cuilibet homini anime tres potencias.

quibus ipse deo assimulatur Et duas creavit quibus
similantur alijs creaturis a deo creatis per potenciam mensurativam
anima assimilatur deo patri per potenciam intellectivam deo filio
per potenciam volitativam deo spiritui sancto Et per potenciam
vegetativam anima assimilatur arboribus per potenciam progressivam
vel sensitivam anima assimilatur animalibus brutis Et psalmi magnificat
et benedictus pro mortuis confortant animas in purgatorio
quia ad divinitatem et humanitatem in quibus anime in purga
te fuerint debent magnificare et benedicere dominum ihesum christum
in celo sine fine Due antiphone que dicuntur cum istis duobus
psalmis significant societatem angelorum et societatem
sanctorum quam habent cum puritate post sua purgacione
Et due collecte que dicuntur in placebo et dirige sunt
graciarum actiones quas reddunt deo anime capte et liberate
a purgatorio Et hijs dictis Episcopus cepit ingemiscere flebili
voce dicens O prior interroga me velociter quia lux
quod tempus festinat quia silere me oportet propter
penam aggravantem Cui prior possumus nos tibi in
aliquo subvenire ad pene tue alleviacionem Respondit
quod sic Si volueritis bona devocione dicere pro me quinquies
ave maria quod statim devote fecerunt quo facto Episcopus
dixit Regracior deo et vobis nunc confortatus sum ut
melius loquar vobis Cui prior interrogavit possum

ne demones viderent corpus xpi in altari Respondit quod sic
et luculentius quam homines qui illud adorant velut nolunt
Cur prior possunt ne impedire consecracionem corporis xpi
in missa Respondit quod non nisi in aliquibus sacerdotibus
qui indevote et indigne accedunt ad altare ut nullus
qui in aliquo peccato mortali celebrant In talibus sacer-
dotibus aliquid accidentaliter vel subsequenter habet
dyabolus potestatem impediendi consecracionem corporis
veritatem nisi boni angeli adessent in missis mali
angeli intendunt impedire sacerdotes ne debite consecra-
rent in inferendo eis vanitates et varias cogitaciones
Queritur pro est ne aliquod remedium contra hoc malum
demonum Respondit quod sic puritas conscientie devocio autem in
oracione Est necessaria aliqua competens ad malum illud
tollendum ne sacerdotes sic distracti sint in missa
per huiusmodi temptaciones antiqui hostis Respondit si sacer-
dos multo corde et devota mente dixerit ante missam
illam oracionem quam beatus augustinus composuit contra malum
edidit vix tunc temptaretur a dyabolo in missa sua que
quidem oracio sic incipit Edwine sacerdos Cum prior
vidisti me corpus cristi antequam huc venisti Respondit quod sic
Illud illud tamen video et adoro coram pectore tuo in capi
pyxide pendente ex qua visione multi admirabantur
tam fieri quam alii audientes quod nullus sunt prior

corpus xpi detraxissi. Alio modo quod secundum generationem qua
illo die suscepit in missa. Tunc soror experiens perpendens
a fratre suo tenens eam pariter in manibus suis dicens
si credis quod hic sit corpus xpi et omnes spiritus illius adiuret
et eius virtuti resistere non possint. Tunc in virtute huius
corporis xpi precipio tibi ut sequaris me usque ad portam
huius domus conventus. Respondit libenter sequor dominum meum
ihesum xpm quem tibi manibus tuis tenes. Tunc soror
lento gressu cepit ire usque dictam portam precedentibus
cum duobus fratribus suis cum aliis pluribus hominibus ipse
autem soror a tergo respiciens nichil eum sequi videbat
ymo quendam mirabilem sonitum scopa mundare pavi-
mentum retro se audiebat et cum pervenit ad limen hostii
in sinistra parte illius prius tamen ubi soror illa fuit
statim illa cepit stridere dentibus suis et clamavit
admodum melius mulieris furiose ad quam omnes
concurrerunt que subito facta est exanimis. Soror hoc
advertens statim vertit ad predictum scabellum. Illa autem post
modicum intervallum silentibus omnibus cepit clamare dicens
Domine ihesu xpe qui me redemisti adiuva me in ista
fatigacione. Soror interrogavit spiritum In virtute passionis
xpi quare soror fuit sic vexata. Cui spiritus Ipsa fecit
causam tristicie sue interrogata quare si sic esset tristis
Ad quod soror O bona domina Indica mihi causam istius tristicie

que michael respondit Dic soror ad secundum Adiuro te per dei
potencia et per virtute incarnacionis filii dei et per lac beate
virginis et per merita omnium sanctorum quare illa sic patitur Respondit
eo quod ad modum sic bis causam dico quia pro quodam enormi
peccato quod simul commisimus in hoc loco de quo ambo sumus
confessi Set et pro illo peccato illa quia negligentia sua nondum
satisfecit ideo deus modo eam torquet ~~quia~~ inde penam habeat
Cui soror dicas in hoc peccatum ut plene alii possent premuniri
ne committatur illud peccatum vel aliud simile Respondit deus non vult
ut prodatur illud peccatum quod per confessionem deletur Sum eum confessi
virtute cuius confessionis deus oblitus est illius peccati quo ad
culpam licet non quo ad penam Sed deus iam et sibi modo infligit
penam pro illo peccato ut illud ex toto tam ad penam quam
ad reatum deleatur quod cum deletum est a noticia dei non est
racionabile ut reducatur ad noticiam hominum Propterea concedet ignotum
peccatum non esse committens et ignotis innotescendum ne quod absit
hoc peccatum iterum committatur Set predica hominibus ut magis
peniteant et ~~confessione~~ penitenciam vel confessionem iniunctam
adimpleant Nam ad premuniendum aliquos de periculo deus permisit
me loqui tecum Dic soror me rogavit quare non venisti ad
vivos religiosos et indicasti eis de statu tuo cum religiose
persone ~~sunt~~ sint constanciores in obsequio divino quam seculares
Respondit quia plus dilexi sponsum meum quam omnes religiosas personas
de mundo et ideo prius accessi ad eum Ita quod ad ductum suum
hunc locum rogavi dominum meum ut possem me macare sponsi

mee de periculo precavendo admonuit me deus quod sit eam conturbarem
ne ipsam perderem et ne in purgatorio puniret sicut ego
modo punitus sum. Cum peror quo potest loqui et non habet et lingwam
que sunt instrumenta loquendi. Respondit sicut carpentarius cum securi
qui est paratus ad quodlibet lignum scindendum et tamen non
potest applicari ligno sine manibus hominis sic homo in presenti
vita non potest loqui sine lingwa et licet lingwam habeat
tamen non potest per eam loqui nisi ipsa in omnibus virtute anime disponatur
unde totum corpus hominis non est nisi instrumentum anime cum anima libere
posse habet omnes virtutes suas et ideo libere potest loqui in genere
suo sine aliquo instrumento corporis. Nec valet quod tu supponis quod
nullus loquitur sine lingwa et oratione. Unde legitur in sacra scriptura
quod deus et angeli boni formabant et loquebantur sine lingwis.
Sic ego spiritus virtute loquor tibi sine lingwa. Cum peror
utrum anime dum iudicantur esse in purgatorio sint in corporibus
sine quo corpora. Respondit anime animarum exeunt a corporibus
videbunt statim sua bona et mala et angelos suos bonos et
malos manifeste et magis clare secundum quantitatem peccatorum
et tunc in illa hora momento iudicantur esse in purgatorio
aut in celo aut in inferno et ibi in instanti perducuntur. Ubi
debet esse iam sicut sole oriente lumen eius diffunditur
statim per totum emisperium suum nisi impediatur ab aliquo
obstaculo. Sic anima adiudicata purgatorio et in instanti
illuc deducitur nisi immediate fiant orationes et elemosine

p ea impedientes illam quam debui ad purgatorium quod celebs
et tante orationes et elemosine p aliqua aia possent fieri
q ipa stabit in aere conspectando beneficium mee pp̄i sicut
sibi hodie ~~Bononie~~ in villa Bononie de quodam fre mortuo
qui admiratus fuit q angelum ad eum purgatorium
si ipse rogavit fres suos q ille misse q debito pure ordinis
sui deberet celebrari celebraret de beata Brigitte ante ortum
aie sue et ita factum est Vn postquam angelus dixerat aie
q p tres menses staret in eo purgatorio supervenit ipa
beata Brigida rogans filium suum p ipso sic ita q aia
eius hodie p spacium duarum horarum stat in aere caliginoso
conspectando beneficium mee et bone pp̄i q quelibet aia ad
pra beate marie virginis non stabit ibi nisi ad horam pma tandem
dici Que pōr Que sunt opa quibus aie pervenient ad celum
Rndit opa caritatis secundum dilectionem dei et proximi Que p̄n
de q̄ genere hominum sunt plures in purgatorio Rndit q de
genere prelatorum Item nullus ibi venit nisi fuit peccator
Que peior intelligitur eum si faret quis foret melior
vite in toto mundo Rndit cuivis deus hoc facit Ita scriptum
est Ne laudaveris hominem in vita sua sed lauda post mortem
et consumationem Nemo scit de vivit utrum amore vel
odio dignus sit Ipo vita nullus preferat in hoc mundo
donec adductus fuit coram iudice Sicut ad questionem
tuam qui homines erunt maiores merito vel melioris vite
Rndeo qui melius vixerunt et sanctiores decesserunt

Tunc prior interrogavit eum si sciret quis status esset
maioris perfectionis inter omnes status huius. Respondit
in omni statu aliquos dignos laude in eterno et aliquos dignos
calidissime tormento. Ideo nullum statum in hoc mundo nec laudo
nec vitupero. Sed laudo quod unusquisque in illa vocatione
qua vocatur sollicite deo serviat. Cui prior: Que est
maior pena purgatorii? Respondit quod flamma ignis
et frigus nimis transfrigerans ab aquis nimis ab
calore nimium. Item prior: Utrum deus est magis misericors
aliquibus animabus quam aliis in purgatorio? Respondit
quod sic. Quia aliquibus remittit quartam partem pene debite
confessionantibus absque fine. Aliquibus autem tertiam
partem. Et aliquibus 2am / 3am quod ipsi fuerunt misericordes
in mundo. Et secundum quod magis vel minus iuvatur ab aliis
in mundo vel sanctis in celo. Cui prior: Qualem penam habes tu?
Respondit: flammam ignis. Cui prior: Hoc non videtur bene quia in
rebus creatis deus idem agit contra eandem naturam
si flamma ignis est quoddam corporale. Et nullum corporale
inquantum corporale potest agere in aliquod spirituale. Sed tu es spiritus
ut dicis. Ergo flamma ignis que est corporalis non potest
aliquid agere in te. Respondeo ad argumentum quod dicis quod
deus nihil agit contra naturam rerum creatarum hoc
fallit quia deus aliquando per miracula facit multa contra naturam

sicut fecit de tribus pueris Sidrach misac et
abdenago missis in ignem babylonis et tamen ignis
nichil egit in eos ~~a mali actione~~ Unde sicut deus
qui omnipotencia sua salvos fecit eos a mali actione
ita per omnipotenciam suam fecit quod flamma ignis non
facit in me Sed enim dicis quod nullum corporale agit
in spirituale dico quod hoc non est verum Ita ignis infer
nalis est quoddam corporale et agit in demones qui
sunt spiritus maligni sicut tu legis in ewangelio
ipsum dicturum dampnatis Ite maledicti in ignem eternum
qui preparatus est dyabolo et angelis eius Tunc dixit prior
si ergo tu es in igne inflammatus quid est quod tamen
hic non comburitur ab illo igne corpus. tu es in ea tamen
flamma ignis Cui spiritus adhuc modicum lumen
sapiencie est michi Homo dixi scias quod deus potest abstrahere
flammam ignis seu virtutem ne agat in combustione
sibi opposito sicut fecit de tribus pueris et in
quinquaginta rethoricis ad fidem conversis per sponsam
suam katherinam Unde tu vidis corporaliter quod
ignis fulguris descendit de celo sine combustione
aliarum domorum tamen quando ignis comburit scias quod hoc est
signum vindicte sicut autem video quod sol penetrat vitrum
per medium fenestre sine lesione eius Sic ergo spiritus

inflammatus possum inquid sicut domum suam ei quod detrimento
Cum prior an anima immediate post exitum suum a corpore habeat
scientiam de rebus naturalibus Respondit quod sic Cum prior quare
ergo quomodo habens talem scientiam non loqueris michi similiter
in omnibus Respondit Non possum quia voluntas dei non est
ut ad omnia respondeam Et hoc dicto cepit spiritus ipse quasi ingemis
cens lamentari Prior autem timens ne spiritus nimis
fatigaretur operibus suis dixit Creatura dei dimitto te ad
dominum qui det tibi requiem quantocius Itaque dimisit eum libertati
sue extunc nocte illa nichil ulterius audiverunt Post hec in
vigilia epyphanie ad maiorem certitudinem de isto casu
habendam prior iterum illuc ivit et adduxit secum tres fratres
cum multis scolaribus et in presentia omnium ibidem astancium
dixerunt officium more mortuorum cum multis specialibus
orationibus tandem pulsatis matutinis in monasterio beati
Cecumam audierunt eandem vocem que in prima apparitione
perceperunt Tunc illa affuit uxor defuncti assistens cum
magna comitiva mulierum multum timens signavit
se statim signo sancte crucis Prior fecit eam alloqui spiritum
ut prius querendo sicut prima vice An ibi esset spiritus
Guidonis quondam mariti sui Respondit spiritus quod sic Tunc
prior et alii circumstantes appropinquaverunt voci ita quod secundum
estimacionem vox illa erat in medio eorum Prior autem

ardens q tam diu staret secd sicut steterat in prima vice
no resumpsit eu ad manendu s tm adiuravit eu ho mo
Adiuro te p meritu z virtute passionis ihu xpi z p pciosu
sanguinem in scdarice p redemptoe gs huam effusu ut
mihi dicas si cognoscas me Rndit tu es pr Qui prior
interrogavit eu Credis tu filiu dei vivi vivi carnem
hmanam assumpsisse remanente integra et inviolata
virginitate gloriose mris xpi Rndit extollens voce
suam ho est q angeli in celo vident Anime in purgatoriis
sentiunt demones in inferno ardent et hoies in mundo
adorant Item prior interrogavit si pcta confessa explicantur
in morte Rndit q sic salte illa de quibus no est satisfactu
Item prior qsivit Si indulgencie qse acqsite possent sibi
pficere si ipse sc q eis caruerit et eu induceret easdem
Rndit q sic Tuc prior resigno tibi oes indulgens qs
p vnu annu acqsivi et eas qtu e michi possibile tibi
confero Tuc spus dixit Gras ago deo et tibi iam bene
confortatus su Tuc prior Quare spus abhorrent adorat lume
Rndit q sit incendiis ad tempus Item prior Quid agit
corpus pprm ad demones Rndit terrent eos et multu
cohibet corp pterritatem Item prior pro quibg pctis
separatur sit anime p morte corporis Rndit quinqz
ppter maledictionem patris aut matris aut patrui cetle
iustam et gregatam Et aliqui ppt occulta peccata

ce nomina de quibus homo negligit penitere. Item prior
interrogavit causam quare ipse spiritus priorem aliquando
apparuit et cito evanuit spiritus et fuit omnibus visum quod
ab ipso medio inter eos transiit ventus qui eos ad
modum debilis sufflavit qui eos ad modum debilis sufflavit
Et postea nichil ulterius auditum fuit in illo loco Verum opina
bantur quod residuum penitencie compleverit in purgatorio Et
hec omnia probata sunt coram domino papa Johanne xxii°
Et iterum in die pasche misit illuc et non invenit dominum
spiritum Verum creditur quod iam regnat in celo ad quod nos
perducat qui sine fine vivit et regnat dominus noster
ihesus cristus in secula seculorum benedictus amen

Explicit revelaciones Gwydonis sub Anno domini
millesimo quadringentesimo vicesimo feria tercia
post festum Epyphanie domini. fr. hermannus van loen